

IN LIBRUM QUINTUM

EPI TOMA.

Silvii Principis ductu Veneti a Normanis non procul Dyrachio ingenti prælio victi sunt: Henricus Imperator Venetias venit: Divi Marci corpus quum aliquandiu latuisset, miraculo se suis civibus prodidit: Quæ causa Christianum nomen in Turcos & Sarracenos armaverit: Urbanus Pontifex in Claromontensi conventu Christianos Principes ad arma pro Tellure sancta recipienda hortatus est: Transalpini Duces in Asiam ingentibus copiis transmisere: Christiani parum feliciter in Bitinia ab initio pugarunt: Christianæ copię Niceam obsidione cinxere: Ubi adversus ingentes Turcorum copias prospere sit puguatum: Iconium, Heracliam ac pleraque alia oppida hostibus Christiani ademere: Antiochia post laboriosam obsidionem variaque prælia capta est: Veneta classis Smyrnam occupavit: Boemundi cum Raimundo simulas, & alia quæ in Phœnicia gesta sunt, eodem libro referuntur.